



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De Lazari suscitatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

eos ; resplenduit facies eius sicut sol ,
 vestimenta autem eius facta sunt al-
 ba, sicut nix.)

Secundò: loquebatur cum Moysè
& Helia.

Tertiò : rogante Petro , vt fierent
 ibit tria tabernacula , insonuit vox de
 cœlo (Hic est filius meus dilectus ,
&c. ipsum audite) Vnde consternati
 discipuli , proni collapsi sunt , quos
 tangendo CHRISTVS , dixit . (Surgite
& nolite timere , &c. nemini dixeritis
 visionem , donec filius hominis à
 mortuis resurgat .)

DE LAZARI SVSCITATIONE. Ioan. 11.

PRIMÒ: Audito CHRISTVS nuntio
 de Lazari ægrotatione , per bi-
 duum subsistit , vt euidentius foret
 miraculum.

SECUNDÒ: antequam suscitet mor-

tuum,

tuum, utriusque sororis fidem extimulat. (Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.)

Tertiò: collachrymatus, ac precatus prius, suscitauit illum: fuit autem, quo visus est, suscitandi modus, per mandatum; (Lazare veni foras.)

*D E C O E N A A P V D B E
thaniam. Matth. 26.*

Primò: cœnabat CHRISTVS in domo Simonis leprosi, & pariter Lazarus.

Secundò: effudit Maria vnguentum super caput eius.

Tertiò: obmutinurat Iudas (ut quid perditio hæc?) Denuo vero excusat CHRISTVS Magdalenam (Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.)